3) Dans la figure du Manuscrit cette parabole (BS) est indiquée et Huygens ajoute: „posset etiam vis conatus utriusque simul per lineas 12, 34, 56 expendi determinata etiam parabola BS". Les lignes droites 12, 34 et 56 partent de A et coupent la circonférence et la parabole BS respectivement aux points 1, 3, 5 et 2, 4, 6.

4) Le cercle CHB est le „cercle osculateur" de la parabole BGE en B.

5) Comparez le deuxième alinéa de la p. 267.

punctum imum circumferentiæ pervenerit, triplo majori vi filum ſuum trahet, quam ſi ex illo ſimpliciter ſuſpenſum foret.]

Si globus C [Fig. 22] ex A ligatus filo AC per quadrantem circumferentiæ CB deſcendat, ubi in B pervenerit triplo majori vi trahet filum AB, quam ſi ſimplici pondere ſuo ſuſpenſus eſſet [1]). Primum enim velocitas qua pergeret moveri ſecundum rectam [2]) lineam BD, ſi in B filum relinqueret, eadem eſt atque ea quam haberet in puncto F, ſi perpendiculariter per CF decidiſſet. Ibi autem tantam nactus eſſet celeritatem, ut ea ſpatium ipſius CF duplum conficeret motu æquabili pari tempore quo ex C decidit in F. Ergo in B conatum habet globus tranſeundi
p. 426. lineam BD duplam AB, pari tempore, quo ex A cade|ret in B; nempe non conſiderata vi gravitatis ſuæ, qua deorſum quoque interim deſcenſurus eſſet & Parabolam aliquam deſcripturus [3]). Sit BGE Parabola cujus ſemilatus rectum AB, vertex B. Quoniam ergo receſſus globi B, à circumferentia BC, dum per rectam BD æquabili motu fertur, initio prope B punctum pro iiſdem habentur, cum receſſibus à Parabola BGE [4]); conſtat vim centrifugam quam ex ſola circulatione habet globus in B, eſſe conatum recedendi à centro A vel à circumferentia BC motu accelerato ſecundum numeros 1, 3, 5, 7, &c. [5]) ac proinde ſimilem eſſe ei conatui quo corpora deſcendere conantur, quem gravitatem appellamus. Eſt autem ille conatus in globo B tantus, quantus in corpore ſibi æquali quod motu accelerato confecturum ſit ſpatium DE, eodem tempore dum motu æquabili conficeret ſpatium BD, hoc eſt æquali tempore illi quo globus accelerato itidem motu caderet ex A in B. Ergo quia DE eſt dupla BA conatus centrifugus globi in B duplus eſt ſuæ gravitatis. At vero conatus alius ex gravitate accedit hîc, quo globus B (pari tempore quo ex A ad B

[Fig. 22.]



de A en B, aſpire à parcourir maintenant auſſi un eſpace égal en tombant verticalement d'un mouvement naturellement accéléré. En vertu des deux tendances il cherche donc à parcourir d'un mouvement accéléré ſuivant les nombres 1, 3, 5, 7 un eſpace égal à la ſomme de DE et de AB, en d'autres termes au triple de AB; partant la force avec laquelle il tire au point B après être deſcendu depuis C, eſt égale à trois fois la force qui réſulte du ſimple poids du globe B librement ſuſpendu. Ce qui eſt auſſi exactement conforme à l'expérience.

Pour ſavoir avec quelle force la corde AB eſt tendue lorſque le globe deſcend ſuivant l'arc HB: ſoit FN égale à la moitié de AB et conſtruiſons le rectangle BN, menons enſuite HL parallèlement à AB; je dis que la force de traction cherchée eſt au poids ſimple du globe ſuſpendu comme HL eſt à LK. Par conſéquent ſi BH eſt la ſixième partie de la circonférence la force totale ſera le double de cette force due au poids; il faudra donc, pour ſupporter cette force de traction, un fil deux fois plus fort que le fil ſimple capable de porter le globe ſuſpendu, etc.

Proposition XVII [2]).

Un globe attaché par un fil au centre d'un cercle vertical ne peut tourner ſuivant la circonférence de ce cercle, que ſi le fil peut ſupporter une tenſion égale à ſix fois le poids ſuſpendu.

Soit BCDE [Fig. 23] un cercle vertical, au centre A duquel ſoit ſuſpendu le globe B. Je dis que pour que ce globe puiſſe accomplir une révolution ſuivant la circonférence BCDE il faut un fil capable de porter le ſextuple du poids B. En effet, pour que le fil reſte tendu lorſque le globe paſſe par le point D et deſcend ſuivant l'arc DE, il faut que la viteſſe du globe en ce point ſoit telle que, ſi on le détachait, il décrirait une parabole DF dont le demi latus rectum ſerait AD. Il doit donc avoir une viteſſe égale à celle qu'il aurait au point D s'il était tombé d'une hauteur HD égale à la moitié de DA [5]); pour que la dite viteſſe lui reſte en D après ſon aſcenſion à partir de B ſuivant la demie circonférence BCD, il eſt néceſſaire que la viteſſe en B ſoit telle qu'il puiſſe avec cette viteſſe monter verticalement juſqu'au point H. En effet, s'il poſſède cette viteſſe en B et qu'il parvient

[1]) Dans le Manuscrit: „et ducatur".

[2]) La Prop. XVII est la seule que les éditeurs ont rédigée eux-mêmes; mais la démonstration est de Huygens, sauf les modifications apportées par les éditeurs, que nous signalerons dans les notes qui suivent. Comparez encore la note 4 de la p. 281.

[3]) Dans le Manuscrit: „Ut globus circumgyrari possit per circumferentiam BCDE circa A centrum dico opus esse", etc.

[4]) Huygens écrit: „sexcuplum".

[5]) Voir la Prop. V, p. 275.

[6]) Dans le Manuscrit: „ut igitur ex B. . . ascendenti supersit ei".

caderet) nunc quoque tantundem ſpatii motu naturaliter accelerato deorſum conficere nititur. Ergo utroque ſimul conatu, nititur conficere, motu accelerato ſecundum 1, 3, 5, 7, ſpatium æquale utriſque DE & AB, hoc eſt ipſius AB triplum; quamobrem etiam, erit vis, qua trahit in B puncto ex C deſcendens, tripla ejus quæ fit ex ſimplici pondere globi B libere pendentis. Quod & ad amuſſim experientiæ conſentit.

Si cupiam ſcire qua vi trahatur funis AB deſcendente globo per arcum HB; ſit FN dimidiæ AB æqualis & fiat rectangulum BN, ducaturque [1]) HL parallela AB. dico vim tractionis quæſitam eſſe ad pondus ſimplex globi pendentis, ut
p. 427. HL ad LK. Unde ſi fuerit BH ſextans | circumferentiæ erit iſta vis ponderis hujus dupla; eoque filo duplici opus erit ad perferendam ejus tractionis vim, cujusmodi ſimplici globus ſuſpenſus retineri poteſt, &c.

[Propositio XVII.] [2])

[Globus filo ex centro circuli ad horizontem perpendicularis ſuſpenſus, per circumferentiam iſtius circuli rotari non poteſt, niſi filum ſextuplum ponderis appenſi ſuſtinere queat.]

Sit circulus perpendiculariter ad horizontem erectus BCDE [Fig. 23], ex cujus centro A ſuſpenſus ſit globus B, dico, ut hic circumgyrari poſſit per circumferentiam BCDE, opus eſſe [3]) filo quod ſextuplum [4]) ponderis B appenſum ſuſtinere poſſit. Ut enim filum extenſum maneat cum globus tranſit D punctum, perque arcum DE deſcendit, oportet velocitatem globi eam illic eſſe, quâ, ſi dimittatur, deſcripturus ſit parabolam DF, cujus ſemilatus rectum ſit AD. Quare tantam habere eum oportet, qualem in D habiturus eſſet decidens ex altitudine HD ipſius DA dimidia [5]): ut igitur ei ex B per ſemicirculum BCD aſcendenti ſuperſit [6]) dicta celeritas in D, neceſſe eſt celeritatem in B tantam eſſe, qua poſſit aſcendere perpendiculariter uſque ad H

[Fig. 23.]



par un chemin quelconque à la hauteur D, il lui reſtera toujours aſſez de viteſſe pour qu'il puiſſe monter verticalement ou auſſi par tout autre chemin jusqu'en H, en d'autres termes il conſervera autant de viteſſe qu'il en acquerrait en tombant de la hauteur HD; et c'eſt là la viteſſe dont nous avons dit que le globe a beſoin au point D. Or la viteſſe avec laquelle il pourrait monter verticalement de B en H, ou bien qu'il poſſéderait en tombant de HB, eſt à la viteſſe qu'il acquerrait en tombant de AB, dans un rapport égal à la racine carrée de celui de ces eſpaces, c'eſt-à-dire de $\sqrt{10}$ à 2[1]). Mais il a été démontré dans la propoſition précédente que ſi le globe tourne dans la circonférence avec la viteſſe qu'il acquiert en tombant de la hauteur AB ou bien ſuivant l'arc EB, la force centrifuge ſeule eſt le double du poids ſimple du globe. Et la viteſſe avec laquelle il tourne dans la circonférence en ce point eſt à la viteſſe dont il était queſtion plus haut comme $\sqrt{10}$ eſt à 2; par conſéquent les forces centrifuges ſont entre elles dans un rapport égal au carré de ce rapport, c'eſt-à-dire comme 10 eſt à
*Prop. II. 4 * ou 5 à 2. La force centrifuge au point conſidéré eſt donc à la gravité du globe comme 5 eſt à 1. Mais à cette force centrifuge, au moment où le globe paſſe par le point B, il faut ajouter la force de la gravité par laquelle il tend à deſcendre verticalement, laquelle, à ce que nous avons dit, eſt à la dite force centrifuge dans le rapport 1 : 5. La force totale ou traction qu'éprouvera le fil, au moment où le globe paſſe par le point B, ſera donc le ſextuple de la gravité du globe.

En partant de là, lorsqu'un globe attaché à un fil AB [Fig. 24] eſt abandonné à lui-même au point C ſitué à la même hauteur que A, qu'on diviſe AB en D de telle manière que $DB = \frac{2}{5}AB$, et qu'on fiche en D un clou que le fil doit rencontrer lorsque le globe deſcend du point C, je trouve que pour cette poſition le globe peut préciſément accomplir une révolution autour du clou D en décrivant une circonférence; mais que ſi le clou D eſt fiché plus haut, cela devient impoſſible. Car, attendu que la viteſſe du globe en B néceſſaire pour accomplir une révolution entière doit être à la viteſſe qu'il acquerrait en tombant de la hauteur DB comme $\sqrt{10}$ eſt à 2, comme nous venons de le démontrer, il s'enſuit que les hauteurs devront être dans un rapport égal au carré de ce rapport-là, c'eſt-à-dire dans le rapport 10 : 4 ou 5 : 2, pour que le globe en tombant de ces hauteurs acquière l'une ou l'autre de ces viteſſes. Par conſéquent AB : DB = 5 : 2.

F I N.

[1]) On aura remarqué que Huygens, à cette époque, écrit généralement $\sqrt{l_1 l_2} : l_2$ ou $l_1 : \sqrt{l_1 l_2}$ (et non pas $\sqrt{l_1} : \sqrt{l_2}$) pour la „ratio subduplicata" de deux lignes (voir p.e. aux p. 273—275 la démonſtration de la Prop. IV). Même ici, où il s'agit d'une application numérique, il écrit $\sqrt{10} : 2$ (et non pas $\sqrt{5} : \sqrt{2}$). En effet, ſuivant Euclide la racine carrée d'une ligne n'a pas de ſens, tandis que la moyenne proportionnelle entre deux lignes en a un. Plus tard (voir les premières lignes de la p. 549 du T. XIII) Huygens définit cependant la „ratio subduplicata" comme $\sqrt{l_1} : \sqrt{l_2}$; de Volder et Fullenius ſont de même (voir la p. 293, note 5). Wallis en

punctum. Hanc enim celeritatem in B habens, quacunque via perveniat ad altitudinem D, ſemper reſtabit ei tantum celeritatis ut poſſit porro perpendiculariter, vel quacunque etiam via aſcendere ad H: hoc eſt, tanta ei ſupererit celeritas quantam ex altitudine HD cadens acquireret, qua illi in D opus eſſe diximus. Celeritas porro, qua ex B ad H perpendiculariter aſcendere poſſet, ſive quam
p. 428. haberet ex HB decidens, eſt ad celeritatem | quam acquireret ex AB cadens, in ratione ſubduplicata horum ſpatiorum, hoc eſt, ea quæ $\sqrt{10}$ ad 2 [1]). Eſt autem oſtenſum in præcedenti, ſi rotetur in circumferentia ea celeritate, quam acquirit cadens ex AB ſive per arcum EB, eſſe vim centrifugam ſolam duplam ponderis globi ſimplicis. Eſtque celeritas qua hìc in eadem circumferentia rotatur ad illam, ut $\sqrt{10}$ ad 2,
ac proinde vis centrifuga in ratione duplicata, hoc eſt 10 ad 4 *, ſive ut 5 ad 2. *[Prop II.]
Ergo vis centrifuga hìc erit ad globi gravitatem ut 5 ad 1. Ad hanc vero vim centrifugam, cum globus tranſit in B, addenda eſt vis gravitatis, qua deorſum tendere conatur, quæ ad vim dictam centrifugam dicta eſt ſe habere, ut 1 ad 5. Ergo tota vis ſeu attractio quam ſentiet filum tranſeunte globo in B erit ſextupla [2]) globi gravitatis.

[Fig. 24.]



Hinc invenio, ſi globus ex AB [Fig. 24] filo ligatus dimittitur ex C, ejuſdem cum A puncto latitudinis; dividatur autem AB in D, ut ſit DB [=] $\frac{2}{5}$ AB, atque in D clavus figatur cui filum occurrat, globo ex C cadente: ita demum globum circa clavum D convolvi poſſe circulumque deſcribere; ſi vero altius figatur clavus D, non poſſe. Nam [3]) cum celeritas globi in B ad circulationem integram perficiendam debeat eſſe ad celeritatem quam acquireret cadens ex DB ut $\sqrt{10}$ ad 2, ut modo oſtenſum fuit: hinc altitudines debebunt eſſe in duplicatâ ratione iſtius, nempe ut 10 ad 4 ſive 5 ad 2, ex quibus cadendo diverſas iſtas celeritates acquirat. Ergo AB ad DB ut 5 ad 2.

F I N I S.

1656 (voir la p. 479 du T. I) donne à la „ratio subduplicata" la forme $\sqrt{\frac{l_1}{l_2}}$. Dans la traduction française nous avons parfois donné la préférence à la formule $\sqrt{l_1} : \sqrt{l_2}$, d'autres fois à la formule $\sqrt{\frac{l_1}{l_2}}$. Pour le lecteur du vingtième siècle ces deux interprétations de l'expression „ratio subduplicata" sont d'ailleurs presqu' équivalentes.

[2]) Huygens écrit „sexcupla".

[3]) Au lieu de „Nam" Huygens écrit „Dem." (Demonstratio).

APPENDICE I [1])

À L'OUVRAGE: „DE VI CENTRIFUGA".

1659.

[Première Partie] [2]).

21 Oct. 1659.

Libera per vacuum poſui veſtigia princeps [3]).

[Fig. 1.] [4])



Libera per vacuum posui vestigia princeps.

---

[1]) Nous reproduiſons dans cet Appendice les premières pages du Manuſcrit de Huygens mentionné dans la note 1 de la p. 254, qui, à l'exception du § 9 (p. 306), n'ont pas été publiées par les éditeurs des „Opuſcula poſtuma".

[Fig. 2.]



Conatus vis ut noſcatur videndum quid futurum ſi globus ſolvatur. Et id quidem ſolum quod ſtatim poſt ſolutionem fieret, ſicut et in gravi ſupra ſuperficiem cavam impoſito [Fig. 2] ubi tangens ejus ſuperficiei ſpectatur.

Deſcenſum gravium per 1, 3, 5, 7 &c. comprobat Ricciolus lib. 9 [5]).

De menſura certa per horologij oſcillat. [6])

[Deuxième Partie] [7]).

1. Ut diameter ad circumferentiam ita ſi fiat hæc ad tertiam, quâque temporis particulâ grave è ſublimi cadens dictæ tertiæ longitudinem percurrit, eâdem temporis particula grave ſemel circumgyretur in plano horizontis, in quo funiculo ad paxillum relegato detineatur, cujus funiculi longitudo ſit dictæ diametri ſemiſſis, tunc funiculus tanta vi trahitur ex conatu gravis à centro recedendi quanta ab eodem gravi ſi ex illo ſuſpenſum eſſet attraheretur, propria ſcilicet gravitate [8]).

---

[2]) Le Manuscrit de Huygens mentionné dans la note 1 débute par quelques annotations que nous avons réunies dans cette première Partie en mettant le vers d'Horace à la tête.

[3]) Horace, Epist. Lib. I, 19, vs. 21.

[4]) Dans la Fig. 1 la ligne parabolique représente sans doute une „parabole osculatrice" du cercle. Comparez la Fig. 4 de la p. 263 et la Fig. 22 de la p. 297.

[5]) Riccioli dans son „Almagestum Novum" (voir notre T. I, p. 402, note 7) traite la chûte des corps graves aux pages 381—397 de la deuxième Partie du Premier Tome (T. I. Pars Post. Lib. IX. Sect. IV, Cap. XVI.) Il a fait lui-même de nombreuses expériences, en se servant des diverses tours de la ville de Bologne (p. 385). Ces expériences lui firent voir que la „proportio incrementi velocitatis à Galileo asserta" (p. 386) d'après laquelle les espaces parcourus dans des intervalles de temps égaux croissent „ut 1. 3. 5. 7. 9. 11. &c." est juste.

[6]) C. à. d. „per horologij oscillationes". Comparez les notes 1 des pp. 278 et 280.

[7]) Le texte fait suite à celui de la première Partie.

[8]) Ce paragraphe fait voir que Huygens connaissait déjà au mois d'octobre de l'année 1659 la grandeur absolue de la force centrifuge. Si l'on appelle r le rayon de la circonférence ou la longueur du fil, la troisième („tertia") longueur sera $l = 2\pi^2 r$, et comme $l = \frac{1}{2}gt^2$ (où t représente le temps de révolution du mobile), on aura $t = 2\pi\sqrt{\frac{r}{g}}$, donc la vitesse $v = \sqrt{gr}$, donc mg (force centrifuge selon la proposition de Huygens) $= \frac{mv^2}{r}$. Il est vrai que

2. Hinc ſequitur, ſi hoc fuerit, deinde autem circuitus duplo lentiores velimus, ita ut eadem trahendi vis ſervetur, oportere funiculum quadruplo longiorem adhibere.

3. Si ſingulis ſecundis ſemel circumagi pilam plumbeam vel aliud grave velimus in plano horizontali, ac tantundem trahere quantum ex funiculo ſuſpenſam, quaeritur quae longitudo funiculi eſſe debeat quo relegata gyretur. Resp. quoniam uno ſecundo 14 pedibus [1]) descendit pila ex alto cadens, ſi ponatur diameter rotæ ſive dupla longitudo funiculi $\infty\, x$, erit circumferentia $\frac{22}{7}x$ ſecundum Archimedem, unde tertia proportionalis $\frac{484}{49}x$ æquanda 14 pedibus unde fit $x \infty$ 1 pes 5 unc. et $\frac{1}{121}$ unciae, cujus itaque ſemiſſis $8\frac{1}{2}$ poll. $+ \frac{1}{142}$ [2]) eſt longitudo funiculi quæſita.

4. Quanta vero ſi 24 horis ſemel circumagi velimus? .... 5|290|250|579 p. radius ſive funiculi longitudo [3]).

$$\begin{array}{rl} 3265860 & \text{duodecempedæ diametri telluris } ^{4}). \\ 6 & \\ \hline 19|595|160 & \text{tot pedum eſt terræ ſemidiameter Snellio } ^{4}). \end{array}$$

tantum abeſt igitur ut ob vertiginem terræ gravia expellantur, ut tum demum omnis gravitas ijs deceſſura ſit ſi ſemidiameter terræ eſſet 265 [5]) vicibus major quam nunc eſt. Nunc autem tantum $\frac{1}{265}$ pars gravitatis decedit corporibus, ſub æquatore poſitis. alijs minus.

dans ce paragraphe il n'est question que du cas particulier où la force centrifuge est égale à la pesanteur, mais les trois paragraphes suivants montrent que dans la pensée de l'auteur la force centrifuge est $\frac{mv^2}{r}$ pour des valeurs quelconques de v et de r.

1) Il s'agit de pieds de Rhynlande, puisque, dans le § 4 qui suit, le diamètre de la terre est exprimé en pieds de Rh. En octobre 1659 Huygens ne connaissait donc pas encore la vraie valeur de $\frac{1}{2}g$, savoir $\left(15+\frac{7\frac{1}{2}}{12}\right)$ pieds de Rh. (voir p. 280, note 1). Dans une note marginale il „corrige" même le nombre 14 en $13\frac{8}{12}$.

2) Lisez $\frac{1}{242}$.

3) Nous avons supprimé le calcul, dans lequel Huygens part de la valeur $\frac{1}{2}g = 14$ pieds. Il

[Troisième Partie] [6]).

[Fig. 1.]



5. Si gravi conatus adſit descendendi ſecundum creſcentem accelerationem 1, 3, 5, 7 &c. unoque, verbi gratia, ſecundo tranſeundi per dimidium ejus ſpatij, quod tranſiret pari tempore cadendo ad perpendiculum; eo conatu fit ut dimidia tantum gravitas ſentiatur ejus quæ ſentiretur pendente gravi ex fune. Ita grave in plano AB [Fig. 1] dimidium pendet ejus quod rectè ſuſpenſum penderet, quia eodem tempore ſpatium BA quo duplum ejus BC in perpendiculo tranſiret. Scimus autem dimidium pendere quia BA dupla eſt BD perpendicularis.

[Fig. 2.]



6. Si longitudo funiculi dupla ſit alterius; converſio autem integra utriusque, ſive ſimiles arcus, eodem tempore fiant, erit attractio in funiculo longiori dupla quoque ejus quae in breviori ſentitur [7]).

remarque ensuite: „Hic calculus quoque corrigendus esset ponendo pro 14 p. 13.8 unc. sive $13\frac{2}{3}$ pedis". Il exécute en effet ce calcul et trouve maintenant une longueur de 5164292231 pieds.

4) Comparez le Tome XV p. 533, note 3. Snellius exprime le diamètre de la Terre en Verges de Rhynlande, „Eratosthenes Batavus" Lib. II, Cap. XII.

5) Le nombre 265 (ou plutôt 264) correspond à la longueur du fil ou du rayon indiquée dans la note 3. On a, en effet, 5164292231 : 19595160 = 263,5..

6) Le texte fait suite à celui de la Partie précédente. Dans les §§ 5—8 Huygens esquisse le commencement d'une démonstration du théorème énoncé dans la deuxième Partie, en se basant sur le principe de la première: „Conatus vis ut noscatur videndum quid futurum si globus solvatur. Et id quidem solum quod statim post solutionem fieret". Il se contente dans les §§ 6—8 d'indiquer par une figure la démonstration des propositions qu'il énonce. La Fig. 3 montre combien le mobile s'écarte de la tangente après avoir parcouru des arcs fort petits. Dans les Fig. 2 et 4 il faut partout supposer construits des écarts analogues. Dans le cas de la Fig. 3 par exemple on démontre aisément qu'à la limite (lorsque les arcs considérés deviennent „infiniment petits") l'écart qui correspond à l'arc double est 4 fois plus grand que celui qui correspond à l'arc simple. D'après le § 5 il faut donc, pour maintenir le globe deux fois plus rapide dans son orbite, une force quadruple. Le § 10 est une application du théorème du § 1.

7) Huygens ajoute: „Hoc generaliter postea demonstratum ut et duæ sequentes". Comparez les Propositions I, II et III du Traité (p. 267— 271).

[Fig. 3.]



7. Si duplicetur velocitas circumvolutionis, attractio prioris quadrupla efficitur.

[Fig. 4.]



8. Si eadem celeritate in diversæ magnitudinis circulis gyretur, hoc est ut eodem tempore arcus æquales (non autem similes) absolvat, erit attractionis vis in ratione contraria qua circulationis radij, ita ut in minori radio major sit attractio.

[Fig. 5.]



9 [1]). Si pondus C sustineatur in plano inclinato AB à pondere D liberè pendente, sitque funis CE horizonti parallelus: Erit gravitas D ad C sicut perpendicularis BF ad basin FA. Ex Mechanicis. Hinc si BF æqualis ponatur FA debebit gravitas D ipsi C æqualis esse.

[Fig. 6.]



10. Si tubus AB inclinatus gr. 45, gyretur circa AC axem, singulis secundis semel circumiens, intraque eum collocetur sphærula B, ea se hoc loco sustinebit si fuerit AC vel CB $9\frac{1}{2}$ poll. Rhynl. [2]) Certe non decidet, sed sursum evolabit [3]). Si enim in rota jaceret, distantiâ istâ $9\frac{1}{2}$ poll. [4]) à centro C remota; posset æqualem sibi sphærulam D pendentem sustinere, alligatam videlicet fune DCB, ac per centrum rotæ dependentem. In tubo autem gyrato nititur à centro tendere secundum CB rectam. Eadem autem vis requiretur ad sustinendum globulum in B super plano BA, premendo nempe secundum CB, atque ad sustinendum eundem globulum liberum

---

[1]) Comparez la p. 281; le § 9 n'est autre que le Lemma I des éditeurs.

[2]) Au lieu du nombre $9\frac{1}{2}$, Huygens avait écrit d'abord: $8\frac{3}{10}$. La formule $F = \frac{mv^2}{r}$ fait voir dans le cas du repos de la bille $CB = \frac{1}{2}g \times \frac{1}{2\pi^2}$. Pour $CB = 8\frac{3}{10}$ poll., $\pi = \frac{22}{7}$, on trouve $\frac{1}{2}g = 13\frac{8}{12}$ pieds de Rh.; pour $CB = 9\frac{1}{2}$ poll., $\frac{1}{2}g = 15\frac{7\frac{1}{2}}{12}$ pieds de Rh. Comparez p. 280, note 1 et p. 304, note 1.

[3]) Comparez le § 13. En vérité l'équilibre est instable vers les *deux* côtés puisque la force centrifuge diminue lorsque la bille descend et qu'elle augmente lorsque la bille monte.

[4]) Au lieu du nombre $9\frac{1}{2}$, Huygens avait écrit d'abord $8\frac{3}{10}$. Comparez la note 2.

suspensum. Ergo eodem conatu tendendi à centro quo sphæra B sustinere potis est (rotæ videlicet imposita) sibi æqualem D pendulam, eodem et seipsam in canali AB sustinere poterit.

11. Si fiat canalis parabolicæ figuræ cujus $\frac{1}{4}$ latus rectum fuerit $9\frac{1}{2}$ unc. [4]) isque vertice impositus circa axem parabolæ convertatur singulis secundis; globulus quolibet loco intra canalem collocatus eum servabit. Si vero citius volvi incipiat contrariè ascendet.

Sit enim BA $\frac{1}{4}$ lateris recti et AD ordinatim applicata [5]). ergo hæc erit $9\frac{1}{2}$ unc. [4]). Hic autem tangens DE inclinatur angulo semi-recto. Ergo per præcedentem sustinebit se in D. Ponatur jam in H. Ergo quanto major est HK quam DA tanto violentior est attractio sive conatus à centro tendendi per 6. Sed et in planum inclinatum HF (quæ tangens est in H) impresso secundum rectam KH tanto majori vi opus est ad se sustinendum quam in plano DE ad angulum semirectum posito, quanto major est perpend. HG quam GF, per 9 [7]). Ergo quum sit ut HK ad DA ita HG ad GF (ut facile ostendi potest [8])) apparet impetum circulationis etiam globo in H posito sufficere ad se sustinendum.

[Fig. 7. [6])]



12. Non solum autem si parabolæ latus rectum sit $9\frac{1}{2}$ unc. [4]) sed in quolibet alio canali parabolico quovis loco æque facile se sphæra suspensam tenebit. sed celeritas qua gyrari debebit canalis, quo amplior fuerit parabola, eo minor erit.

13. In canali recto inclinato evolabit globulus neque usquam conquiescere poterit [9]); hoc vero aliter se habet in cono concavo in quo immoto globulus circumeat. Et hoc quidem experientia ostendit; si enim in vitrum hujus formæ imponatur converso-que celeriter vitro, dein firmato, circumcursare in eo globulus coeperit, puta in circulo CD; aliquamdiu hunc motum continuare cernitur, ut nec altius ascendat nec deorsum labatur. Ratio autem ex superioribus manifesta est. Nam si exempl. gr. velit ascendere ad circulum EF, in eo æquali qua prius celeritate arcus non similes prioribus sed æquales

[Fig. 8.]



---

[5]) L'équation de la parabole étant $y^2 = 2px$, on a pour x (BA) $= \frac{1}{2}p$, AD (y) $= p$.

[6]) La droite DE représente une tangente à la parabole extérieure au point D, coupant la droite BG sous un angle de 45°.

[7]) C. à. d. par le Lemma I de la p. 281; ou plutôt par le Lemma II de la même page qui en découle.

[8]) Huygens ajoute en marge: „quia scilicet DA ∞ CL, si fiat HL perp. tangenti HF".

[9]) Il est évident que si l'on pouvait donner au tube incliné *exactement* la vitesse de rotation

abſolvet eodem tempore, quamobrem, ex 8 [1]), quanto minor eſt diameter DC diametro EF tanto minor erit vis à centro recedendi, eunti per circulum EF quam per DC: ſed in DC tantam habebat duntaxat ut ſe ſuſtinere poſſet; eſtque plani inclinatio eadem; ergo cum in DC circulo ſe ſuſtinere potuerit, in circulo GH manere non poterit ſed eo unde venit aſcendet. ne quidem deſcendet itaque ex DC, niſi cum celeritatem paulatim amiſerit, occurſu aëris et vitri globique asperitate nonnulla.

14. Idem accidit in calice parabolico. Hoc autem pulcrum in hujusmodi calice vel ſpeculo parabolico, quod globus in eo circumiens omnes revolutiones ἰσοχρόνους habet, quocunque loco currens.

[Fig. 9.]



Eſt enim globo ad ſe ſuſtinendum eadem vi hîc opus atque in canali parabolico [2]). Si igitur breviori tempore circulum BD abſolveret quam antea circulum AE, plus virium haberet quam ut in BD circulo ſe ſuſtinere poſſet ideoque ascenderet. Ponitur autem non ascendere, ſed in circulo BD circumire. ergo non breviori tempore abſolvit circulum BD quam AE. Sed nec longiori; quoniam tunc non ſufficeret ei conatus à centro recedendi ad ſe ſuſtinendum in BD circulo, ideoque deſcenderet ad minorem circulum: Ponitur autem gyrari in BD; Ergo nec longiori tempore hunc abſolvet quam circulum AE. Itaque apparet eodem tempore utrumque percurri; eâdemque ratione quemcunque alium in calice circulum.

Minimo motu calicis, ita ut vertex ejus circellum exiguum describat, continuari poteſt motus globuli; cujus ſi circuitus numerentur, exacta temporis menſura hoc pacto habebitur, pendulo accuratior. Et ſi fuerit $\frac{1}{2}$ latus rectum parabolæ $9\frac{1}{2}$ poll. [2]) ſinguli circuitus ſecundo minuto peragentur.

Si loco ſpeculi parabolici ſumas ſphæricum radio $9\frac{1}{2}$ unc. [3]) fere eundem

requise, le globe resterait en place. Huygens veut dire que cet équilibre est instable, tandis qu'au contraire celui d'un globe tournant dans une cavité en forme de cône renversé est stable.

[1]) Les éditeurs (bien qu'ils n'aient pas publié ce texte) ont corrigé le „8" en „prop. 3". Comparez p. 271, prop. III.

[2]) Comparez le § 11.

[3]) Au lieu du nombre $9\frac{1}{2}$, Huygens avait écrit d'abord $8\frac{3}{10}$. Comparez la note 2 de la p. 306.

effectum videbis, ſed erunt tamen circuitus paulo celeriores, et ij maxime qui erunt latiſſimi.

Globulum minimum quempiam conſidero, nam alioqui ob magnitudinem ejus ne in parabolico quidem perfecta ratio erit prorſus, ſed paulo citius majores globi circumcurrent.

15. Si globulus [Fig. 10] ex filo AB ſuspenſus gyretur, ita ut A ſit coni vertex quem filum describit, quo obtuſiorem conum volumus, eo velociores circulationes eſſe neceſſe eſt [4]). Eadem enim vi centrifugâ hîc opus eſt ad ſuſtinendum globum in

[Fig. 10.]



circulo BE, atque ad eundem ſuſtinendum in tubo inclinato ſecundum BD; Et in univerſum eadem vis in quolibet alio circulo, quem globus ex filo AB religatus describit, requiretur, quæ deberet eſſe ad ſeſe ſuſtinendum in concavo ſphærico BFE, cujus radius AB. Ergo ſi BFE ſit circumferentiæ quadrans, hoc eſt angulus DAB ſemirectus, AG autem vel GB ∞ $8\frac{3}{10}$ [5]) unc. pedis Rhenol.ci oportet ſingulis ſecundis circulum BE horizontalem percurri. Et viciſſim quoties AG vel BG eſt $8\frac{3}{10}$ unc. hoc eſt AB $11\frac{8}{11}$ unc. fiatque gyrando angulus BAD ſemirectus, ſinguli circuitus ſingulis ſecundis abſolventur. Quod ſi definire oporteat quo tempore circuitus peragi debeat, ut ſe in K ſuſtinere queat, ſic procedam. Sit BG ∞ a, KH ∞ b, HA ∞ c. Quoniam HK major eſt BG, ideo ſi in K eodem tempore circumeat quo in B, erit vis centrifuga tanto major in K circumlato quam in B, quanto major KH quam BG per 6. Si autem fiat ut BG ad mediam proportionalem inter BG et KH ita tempus unius ſecundi quo in B circuit, ad aliud, illud erit tempus quo circumiens in K æqualem vim centrifugam nanciscitur atque habebat in B, per 2. Unde ut a —— $\sqrt{ab}$ —— $1''$ / $\frac{1\sqrt{ab}}{a}$, ſive $\sqrt{\frac{b}{a}}$ [6]), eſtque hoc tempus dictum. Sed oportet in K eam vim habere quæ ſit ad vim in B ſicut KH ad HA. Ergo per 7. ſi fiat ut KH ad mediam proportionalem inter KH, HA, hoc eſt ad $\sqrt{bc}$, ita tempus $\sqrt{\frac{b}{a}}$ ad aliud quod

[4]) Huygens ajoute en marge: „Hoc postea melius tractavi." Comparez la Prop. X, p. 287, dont celle du texte est une conséquence immédiate.

[5]) En marge: $9\frac{1}{2}$. Comparez la note 2 de la p. 306.

[6]) C'est-à-dire: $a : \sqrt{ab} = 1'' : x$; donc $x = \frac{\sqrt{ab}}{a}$ ou $\sqrt{\frac{b}{a}}$.

erit $\sqrt{\frac{c}{a}}$, hoc erit quæſitum. Hoc eſt ſi fiat ut BG vel GA ad mediam proportionalem inter GA et HA, ita 1″ ad aliud; id erit tempus quo circuitus in K abſolvi debet, ut ſe illic ſuſtinere globulus poſſit.

16. In concavo autem ſphærico eandem eſſe apparet temporum circulationis determinationem, ideoque tempora in ejusmodi concavo inæqualia eſſe.

[Fig. 11.]



17. Cum globus [Fig. 11] ut modo gyratur in orbem horizonti parallelum, fune ligato ad A punctum, certum eſt validius trahi funem quam ſi pendeat ad perpendiculum ex A. quanto autem? Tanto inquam quanto major eſt AB latus coni ejus axe AD.

Eſt enim vis centrifuga qua globus ſeſe ſuſtinet eadem atque ea qua ſe ſuſtineret in plano BE (perpendiculari ad AB) ſi traheretur ſecundum rectam DBG, ad hoc autem opus eſſet funem BG trahi pondere [Fig. 12] [1]) quod eſſet ad gravitatem globi ſicut BF ad FE, per 9, cui ponderi nunc æquipollet vis centrifuga. Idem vero globus tota gravitate ſua deorſum trahitur ſecundum perpendiculum BF. Itaque ſic ſe res habet tanquam ſi extremus funis B duobus alijs colligatus ſit nimirum BG, BF, quorum BF appenſam habeat gravitatem ipſi B globo æqualem, alter vero BG trahatur à gravitate quæ ſit ad gravitatem globi B ut BF ad FE. quanto igitur ad hæc ita ſuſtinenda opus eſt in A ſive L? Invenitur ex mechanicis pondus L ſe habere ad H ut AB ad AD. tanta igitur attractio quanta eſt ponderis L, ſentitur in A, cum globus B circumducitur fune AB in circulo BC. quod erat demonſtrandum.

[Fig. 12.]



Sequitur hinc, quæcunque fuerit funis AB longitudo, ſi angulus coni quem is funis deſcribit idem exiſtat idemque pondus maneat B, eandem ſentiri attractionem in A vertice [2]).

Conſidera tantum conatum recedendi a centro eſſe ſecundum horizontalem lineam ut BG, ideoque in gyratione fili in ſitu AB tantundem accedere gravitati vel attractioni ponderis B, quantum accederet ſi quis filo BG horizonti parallelo in ſitu illo ipſum retineret [1]). atqui notum eſt tantum tunc dictæ gra-

[1]) En marge Huygens trace encore une autre figure peu différente de la Fig. 12. Le poids K et la petite poulie en G y ont été remplacés par une main qui tire dans le sens BG. Nous avons ajouté à la fig. 12 les lettres O et P qui ne se trouvent chez Huygens que dans cette dernière figure.

vitati accedere ut opus ſit pondere L ad æquilibrandum B, ut nempe L ſit ad B ſicut PB ad BO, hoc eſt, ut BA ad AD. Ergo apparet gyrando pondus B in extenſione AB, ſentiri in A attractionem quantam facit pondus L ſimpliciter appenſum.

Itaque nec planum BE nec pondus K conſiderare opus eſt [3]).

[2]) Les alinéas qui suivent sont écrits en marge dans le Manuscrit.

[3]) Cette dernière remarque, jointe à celles des notes 7 de la p. 305 et 4 de la p. 309, fait voir pourquoi les éditeurs ont cru devoir supprimer les §§ 1—8 et 10—17. Huygens a continué la division en §§ encore jusqu'au numéro 20. Le § 18 correspond à la Prop. IX du Traité, p. 287 (et sa démonstration), le § 19 à la démonstration de la Prop. XVI (p. 297—299) et le § 20 à la démonstration de la Prop. XVII (p. 299—301). Viennent ensuite les considérations sur la pesanteur par lesquelles les éditeurs font débuter le traité.